Cinus de Pistorio [Beitr.]: Consilia iuridica



v. eiusdem. Ubi de potiori descendentium loquitur dicit tex. Appret (intellige ex ibi dictis) pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem esse quam fratrem aut patrem matremque defuncti potiore intellige in iure succedendi.

Correlarium Non semper proximior in gradu potior est in succedendo. Nec sic par in gradu pariter vocatur patet satis ex iam dictis et expresse habetur hoc tex. in dicta prima palle §. repetitis in prin°. Et in iure vetera et hodierno semper fuit et est potior causa descendentium. ut in multis tex. et glo. leg.

D.

Hoc itaque iam copiose probato quod descendentes omnibus aliis non descendentibus preferantur. Distinguendum nunc est de eis. Vel non est unicus descendens et res est plana. quod solus succedit sive propinquioris sive remotioris sit gradus. Vel sunt plures. et ibi ultra nunc est ulterior distinctio. Aut non supersunt primi gradus tantum aut primi et ulteriores aut ulteriores tantum. Huius distinctionis utique sufficientis singula membra per ordinem prosequor. Si sunt primi gradus tantum tunc certum est quod equaliter succedunt sive sint masculi sive femelle sive in potestate sive emancipati prout in auc. in successione §. de suis et legit. here. v. quod tex. dixit quod descendentes aliis prelati succedant. Mox subdit primi quidem gradus equaliter et statim infra subdit Non distinguendo de sexu vel de iure potestatis sed naturali sola causa inspecta

E

Si autem sunt ulteriores et primi Tunc si omnes primi gradus supersunt precedunt et excludunt alios scilicet ulteriores Non enim succedere debent ulteriores descendentes. ubi eorum adhuc supersunt et succedunt parentes Si autem aliqui primi gradus sunt mortui et liberi premortuorum. cum primi gradus descendentibus succedunt in locum parentum in infinitum. Insti. de here. que ab intest. §. cum filius et §. fi. in quibus ambobus § satis diffuse habetur de hoc. Nec in huiusmodi casibus quod gradu proximior est excludit ulteriorem Sic habet in forma ita dictus §. cum filius Ad idem in auc. de here. ab intes. §. si quis v. fi. v. dicit tex. In hoc ordine. gradum queri nolumus sed cum filiis et filiabus ex premortuo filio aut filia. nepotes scilicet defuncti vocari sancimus

F

Sed nunc quia predictum est quod premortuorum liberi in infinitum cum primi gradus descendentibus succedant. et iam proxime allegatus tex. non de ulterioribus. sed tantum de premortuorum filiis exemplificando loquitur Queritur merito. Utrum idem sit de adhuc ul-

Principio fundato et sufficienter probato de descendentibus [illegible]

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1282/0006
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg Ministerium für Wissenschaft, Forschung und Kunst